

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Conferentiæ Theologico Morales**

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum  
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,  
Confessariorūmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione  
Excerptæ

**Sargar, Elisaeus**

**Augustæ Vindelicorum, 1720**

an filio Patrem & c. aggredientem . n. 522.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41194**

¶. Tyrannum secundum substantiam posse  
a quolibet ex Republ. licite occidi, nisi ex in-  
telle majora mala timeantur. Ratio est, quia  
talis non est verus Dominus re:publ. ejusque  
dominium injuste occupat, adeoque est publi-  
cus hostis, in publicos autem hostes omnis  
homo miles est: Igitur &c. Deinde si licet pri-  
vate iniquum sui invasorem & occidere pro sui  
defensione, à fortiori licebit eidem interficere  
injustum invasorem totius reipubl. cuiusmodi  
est Tyrannus secundum substantiam. Porro  
qui Tyrannus tantum est secundum modum,  
sive qui Dominus verus est ac Princeps, ni-  
mum tamen gravat ac opprimit subditos, ta-  
lem occidere prohibet Conc. Constantiens.  
Sess. 15. Et ratio est, quia subdito non licet oc-  
cidere Superiorē, donec tota communitas si-  
mul conveniat, & judicer excessus ejus esse ta-  
les, ob quos merito debet deponi, & ut ho-  
stis patriæ declarari? ut tandem in ipsius per-  
sonam liceat quidquam attentare: quia runc  
desinit esse Princeps.

## CONFERENTIA. LXXXIV.

¶. Ater injuste aggreditur filium, Clericus  
laicum, maritus uxorem, Dominus ser- 512;  
vom, Princeps subditum, Dux militem, Pre-  
latus Monachum: Quætitur proinde, an hic  
liceat vim vi repellere, & aggredientem occi-  
dere.

¶. Affirmative, si adhibetur moderamen  
in culpatas tutelæ; X Raa-

Ratio est, quia ius naturale præpondet omnibus alijs iuribus, divinis scriptis & humanis: sive deinde id fiat in loco sacro aut profano, quolibet tempore, etiam contra furiosum, ebrium, vel amenrem.

Dictum est: si adhibetur moderamen inculpatæ tutulæ, quod tunc servatur, quando ei cautio adhibetur, sine qua non potest injuria repelliri, atque hinc cui majorem vim adhibet, quam opus sit ad injuriam propulsandam, v.g. qui desistentem vel fugientem lædit vel occidit, quem percutiendo vincere potest, peccat quia non utitur jure iustæ defensionis ad injuriam propulsandam, sed ad vindictam sumendam.

### CONFENTIA, LXXXV.

**Q**uidam vult viro nobili, aut militari officiali &c. alapam vel vulnus infligere, an licet ad defendendum honorem minitantem occidere, Resp. affirmativè. Ratio est: Quia hujusmodi personæ honorem merito plus estimant, quam magnam pecuniarum copiam: sed possunt occidere invasorem, ne pariantur damnum in pecunia secundum com. DD. sententiam: ergo à fortiori possunt occidere, qui ipsi intentat inferrre ignominiam, dāmmodo servetur moderamen inculpatæ tutelæ.

### CONFENTIA. LXXXVI.

**S**i Occisor puniatur poena talionis, sive mer-

523.

524.